

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi
Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica XX. post Pentecost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](#)

tem exerceamus etiam erga eos, qui
minimè merentur. *Diction. Apost.*

Necessitas ad bonum. **THESES XII.** *Compelle intrare.*
Luc. 14 v. 24. Magna gratia viali-
quem in cœlum trahere, id est per tri-
bulationes: sed hoc beneficium ingratit
homines I. Non ponunt in beneficis,
II. Non gratias Deo agunt. III. Imò
adscribunt causis secundis. IV. De
hoc conqueruntur. V. Non proficiunt.
Diotallevi de Beneficijs D:vin. Confid. 18.

Correctio. **THESES XIII.** *Amice, quomo-*
do hoc intrâsti. **Matth. 22. v. 12.** I.
Oportet corrigere Amicos bonis verbis,
II. Oportet corriger Bonos humilibus
verbis. III. Oportet corriger Malos
commiserando. *diction. Apost.*



DOMINICA XX, post PENTECOST.

Infirmi-
tas

THESES I. *Infirmabitur, Joan.*
4 v. 46. Caro trinam haberet
Infirmitatem; I. Prima, quæ ex ægrediendi

pe

ne, & morbo procedit ; hæc patienter est toleranda. II. Secunda, quæ ex ignavia, & tepiditate oritur ; hæc generosè est superanda. III. Tertia, quæ ad peccatum propender ; hæc fortiter et debellanda. Vivien, in *Tertull. Contra* 4 p. 2.

THEISIS II. *Priusquam moriatur.* *Mortis*
Jean. 4. v. 49. Mortis præparatio si-
ta est I. In peccati Aversione. II.
Terrenorum Abdicatione. III. Bonæ
vitæ Conversatione. *Idem.*

THEISIS III. *Reliquis eum febris.* *Febris.*
Joan. 4. v. 52. Febris Continua est
Luxuria ; Quotidiana Gula ; Tertiana I-
II ; Quartana Acedia ; Hectica Avaritia ;
Ephimera Superbia ; Putrida Invidia. S.
Thom. Serm. in Dom. Vide sis Lobbetium
hoc loco ante 1. q. ex D. Tb.

THEISIS IV. *Infirmabatur. In-*
finitas corporis tres præstantes effe-
cus habet : I. Reddit hominem ad ma-
lam inhabilem. II. Facit, ut homo
recurrat ad Deum : Vidisti Achab humi-
latum &c. III. Promeretur nobis cœ-
sum : Momentaneum, & leve tribulatio-
nus &c.

Q 5

THE-



Fides.

THEISIS V. *Nisi signa, & prodigia viaderis, non creditis.* Joan. 4 v. 48. I. Fides multorum non nisi anima mali, utpote quæ a Sensibus penderit. II. Vel tantum Humana, quæ Ratiocinio nititur. III. Vel omnino Mortua, utpote non animata Spiritu Charitatis. Dijon Capuc. Dom. 20. post Pent.

Cœcus Peccator.

THEISIS VI. *Incipiebat enim mori.* Joan. 4. v. 47. I. Peccator, dum peccat, lumen Intellectus & Eidei perdit: dum enim peccat, agit contra Rationem, exponendo se propter momentaneam delectationem &c. Contra Fidem, non expendendo, quid sit Infernus, Cœlum &c. II. Peccator, dum moritur, lumen Intellectus, & Fidei recipit: quia in morte hæc omnia video quomodo Bona non nisi peritura quæsierit contra rationem & fidem. Grosser in Diario Sanctor. 31. aug.

Advocatus.

THEISIS VII. *Rogabat eum.* Joan. 4. v. 47. I. Est Advocatus Dei, scilicet qui procurat causam Dei. II. Advocatus Hominis, talis fuit Pater hodierni filij. III. Advocatus Diaboli hic procurat causam Diaboli. Vide Polyanth. Josephi Langij. Verbo Advocatus.

THE



THESES VIII. *Infirmabatur. Joan. Morbus.*

4 v. 46. Nemo magis alius ita Deum
glorificat, quam aegrotus in suis infir-
mitibus tranquillus, & in suis dolo-
tibus patiens, nam omnes virtutes
Christianas in magna perfectione exer-
cit. I. Fidem suam in tenebris splen-
didam reddit. II. Spem suam in infir-
mitate robustam ostendit. III. Char-
itatem in doloribus perficit. IV. Re-
signationem suam & conformitatem cum
Divina voluntate tunc maximè suspen-
tat, cum Deus apparenter ipsum durissi-
mè habet. Crasset. Confid. Dom. 20.
Post Pent. punct. 3.

THESES IX. *Infirmabatur. Joan.*

4 v. 46. Vide supra Dom. 16. post Pente-
thes. 3. & 4.

THESES X. *Infirmabatur. Joan.*

4 v. 46. Quando Deus immittit
morbū, nos constituit in statu I.
Eum Adorandi, agnoscendo nostrum
nihilum, & miseriam. II. Eum Au-
diendi cum magna submissione. III.
Ei sacrificandi per nostram Patientiam.
Diction. Apost.

THESES XI. *Infirmabatur. Joan. Officia er-*

4 v. 46. I. Ut satisfaciamus obliga-
tiom

tioni nostræ assistendi Proximo , debemus Visitare ipsum , quando ægrotat.
 II. Debemus ei Procurare Præsentiam Christi in Sacra Eucharistia. III.
 Debemus Orare pro ipso , quando luctatur cum doloribus. Ibid.

THESES XII. *Incipiebat enim mo-
 ri. Joan. 4. v. 47. An magis expe-
 diisset scire horam Mortis , an eam ne-
 scire ? Vide sis Menochium Centur. 7. n.
 62.*

*Testamen-
 tum.*

THESES XIII. *Incipiebat enim mo-
 ri. Joan. 4. v. 47. Fac Testamen-
 tum I. Dum Sanus es. II. Dum Sa-
 piens es. III. Dum Tuus es. Nam
 si exspectaveris infirmitatem , omnino
 minis vel blandimentis duceris, quo tu
 non vis. S. Aug. ad Fratr. Serm. 48. de
 Cura animæ.*

—o—o—o—o—o—o—o—o—o—o—o—o—o—

DOMINIC. XXI. post PENTECOST.

*Amer mi-
 micorū.* **T**HESIS I. *Oportuit & te miseri-
 ri conservi tui, sicut & ego tui miser-*

